



**DN. DVRANDI|| à Sancto Portiano, in Senten=||tias
Theologicas Petri Lombardi|| Commentariorum libri||
quatuor.||**

Durandus <de Sancto Porciano>

Antverpiæ, 1567

[Præfatio.]

[urn:nbn:de:hbz:466:1-72607](https://nbn-resolving.de/urn:nbn:de:hbz:466:1-72607)

Lib. IIII. Distinctio. I. Eiusdem Magistri Du-

RANDI DE SANCTO PORCIANO
Theologi doctissimi, in Quartum
librum Sententiarum.

PRÆFATIO.



ST Deus in cœlo reuelans my-
steria. Quanuis nomine mysteria
insinuerit totius scriptura mate-
ria generaliter, sicut dictum fuit
in principio primi libri: Specia-
liter tamen materia quarti libri,
quod patet sic. Est enim mysterium
idem quod sacramentum secretum quod
occulta habet intelligentiam. Ali-
quid autem est nobis occultum siue incognitum duplice de-
causa, scilicet propter aliquid interpositum, aut quia longe
postum. Propter primum sacramenta dicuntur mysteria,
qua gratia sacramentales proponuntur nobis interposito
velamine rerum sensibilium. Propter secundum resurrectio
dicitur mysterium, quia longe posita, & ideo magis occul-
ta: pertinet enim ad futurum statum. De his autem duobus,
scilicet de sacramentis & gloria resurrectionis, agit Ma-
gister in quarto libro. Quatum ad primum est aduentu-
num quod sicut mundus sensibilis recipit influentiam a
corporibus caelitus, maximè autem a septem stellis quae
planetæ dicuntur, sic corpus ecclesie militantis recipit in-
fluentiam vita spiritualis a Christo medianibus septem
sacramentis, & mystice stellæ vocantur Apoc. primo ut sit
verbum Christi loquentis ad Magistrum sententias. Scribe
mysterium septem stellarum quas vidisti in dextera mea.
Et merito comparantur stellis propter tria: habent enim
stelle claritatem in aspectu, velocitatem in motu, virtus
item in effectu. Sic & sacramenta instituta sunt propter
nostram eruditio[n]em, quo ad primum, propter nostram exer-
citacionem, quo ad secundum, propter nostram iustificationem,
quo ad tertium, quia etiam eis munimur contra insidias dia-
boli, ideo figurantur per septem cornua agni: quia vero per
eadem dirigimus in vita spirituali, figurantur per septem
oculos agni, de quibus Apoc. Vidi agnum flantem tan-
quam occisum habente cornua septem, & oculos septem,
sed quia omnia nobis proponuntur sub velamine rerum sen-
sibilium, ideo figurantur per septem signacula libri quae fo-
lius Christus agnus occisus dignus fuit aperire, ut preba-
ret Gentibus ingressum in ecclesiam per fidem mediatisbus
sacramentis, Iudeus propter suam certitudine & incredulita-
tem foris manentibus. Vnde Rom. ii. dicitur: Nolo vos
ignorare fratres mei mysterium hoc ut non sitis vobisipsis
sapientes, quia exercitias ex parte contingit in Israël donec
plenitudo Gentium intraret. De hoc autem mysterio agi-
tur usq[ue] ad. 41. dist. quarti libri. Quatum ad secundum sci-
endum est quod resurrectio finalis mysterium dicitur, vel sa-
crum secretum, quia nobis est occulta, eo longe posita:
pertinet enim ad statum futuri seculi, vt dictum fuit. Hoc
est mysterium, de quo Magister agit a. 41. dist. vi. vsque ad
finem libri de quo dicitur Apoc. 10. quod angelus stas sua
per terram & mare, iurauit per viuentem in seculo seculo
rum quod tempus non erit amplius. Sed in diebus vocis
septimi angelii cum copertis rubis canere consummabitur
mysterium Dei illud, scilicet quod mortale hoc induet
immortalitatem, & corruptibile hoc incorruptionem,
quod erit in resurrectione beata, quam nobis, &c.

Sententia littera. Magistri sententiarum in generali &
speciali valde ingeniosa & utilis. Et primo pri-
me distinctionis libri quarti.

Samaritanus vulnerato appropians, &c. In praecedens
tibus libris Magister determinauit de rebus: in qua-
to vero libro determinat de signis sacramentalibus. Et di-
uidit totus liber principaliter in partes duas. In quarti
prima determinat de sacramentis. In secunda de resurrec-
tione & gloria resurgentium ad quam sacramenta perdu-
cunt. Secunda pars incipit in principio. 41. dist. Postremo
de conditione resurrectionis & modo resurgendi. Prima
in duas. Primo determinat communiter de sacramentis, tam

Quæstiō I.

287

ve. leg. quam nouæ. Secundò specialiter descendit ad sacra
menta nouæ legis dist. 2. ibi, iam ad sacramenta nouæ leg.
Prima in duas. Quia primum offendit differētiam inter sa-
cramenta nouæ leg. & ve. leg. Secundò agit specialiter de
sacramenta circumcisio[n]is, quod inter sacramenta veteris
legis magis cum sacramentis nouæ leg. comunicat. Secunda
ibi, Fuit autem inter ista sacramenta. Prima est princ: plus
lectio, & diuiditur in duas partes. Primo enim in pro-
mio determinat se p[ro]metit intentionem in generali
de sacramentis. Secundò de ipsis exequitur ibi, sacramen-
tum est sacra rei signum. Et ista diuiditur in partes qua-
tuor. Primo inquirit sacramenti distinctionem. Secundò
institutionem sacramentorum, causam, siue necessitatem.
Tertiò sacramenti integritatem. Quartò vero sacramen-
torum distinctionem. Secunda ibi, triplici ex causa insti-
tuta. Tertia ibi, duo autem sunt in quibus. Quarta ibi,
iam restat videre distinctionem inter, &c. Et h[ec] est diui-
sio & sententia lectionis in generali.

In speciali autem sic procedit. Primo Magister pro-
ponit sub parabola Samaritani q[uod] saluator humano ge-
neri per incarnationem appropinquans, sacramentale me-
dicinam adhibuit, & contra peccati vulnera instituit sacra
mentorum remedia. Circa que sacramenta quatuor consi-
derare intendit, scilicet sacramenti distinctionem, institu-
tionem, integritatem & distinctionem. Postea diffiniti[us] sa-
cramentum, dicens q[uod] est sacra rei signum, quāvis etiam
posset dici sacramētūm sacramētūm, & sic potest accipi
pro significato: intendit tamē Magister nunc de eo secun-
dum quod est signum, diffini & alter sacramētūm dices,
quod sacramētūm est inuisibilis gratia visibilis forma. Ad
declarationem autē prime distinctionis ostendit quid est
signum dicens, quid est res quae p[ro]pter speciem quam sen-
sibus ingerit facit aliud in cognitionem venire. Ad com-
plementum etiā huius diuiditur signum, quia quoddam est
naturalis, scilicet significans natura alter, quoddam autem
est datum, scilicet ex institutione repräsentans, & tale signū
est sacramētūm. Item signū datum aliud est quod gerit sui
significati similitudinem, id est, illius cuius est signū. Aliud
quod non gerit similitudinem sui significati. Aliud est sa-
gnū & cauſa, & tale est sacramētūm. Ex quibus omnibus
habetur perfecta distinctione sacramenti, scilicet q[uod] est
inuisibilis gratia visibilis forma, ut eius imaginem gerat
& causa exigit. Postea dicit q[uod] triplex fuit ratio institu-
tio[n]is sacramentorum. Prima quidē humiliatio hominis qui
per sacramenta rebus corporalibus quae natura infra ip-
sum sunt subditur. Secunda est eruditio, quia de inuisibili
bus per ea docemur. Tertia exercitatio, ut ociosi ac
occupatio noxia vitentur. Vbi subdit q[uod] quadam exerce-
tio valer ad bonū corporis, quae dām ad bonū animi, que
dam ad viriūq[ue] iuueniam ordinatur. Subditur etiam q[uod]
sine sacramentis poterat Deus hominem saluare, quia eis
fuerit potentia non alligata, tamen ex dictis causis sacrae
menta in institutio[n]e. Postea ponit integritatē sacramentorum
dicens: q[uod] sacramenta ex duabus constant, scilicet ex rebus
& verbis. Ultimō distinguunt sacramētūm dicens quid que-
dam sunt vetera que significant & promittunt solū: que-
dam vero sunt noua que significant & cauſant, &c.

QVÆSTIŌ PRIMA.

Vtrum distinctione sacramenti bene assigne-
tur a doctoribus.

Tho. 3. q. 60. art. 2.

Carea dist. istam queruntur quinque. Primum quid sit sa-
cramētūm. Et secundò de necessitate sacramentorum. Tertiò in quibus consistit sacramētūm. Quartò de efficacia sacra-
menta sacramentorum no. leg. Quinto de efficacia sacramen-
torum vet. legis. Quantum ad primū videatur q[uod] sacra-
mentum non bene distinguitur seu describitur, quia vnius rei
debet esse una distinguitio seu descriptio, sed de sacramento
dantur plures distinctiones seu descriptions, ergo male.

2. Item prima descriptio qua assignatur de sacramēto
est, q[uod] sacramētūm est sacra rei signum, nec videtur esse
conveniens, quia serpens ēneus de quo habetur Num. 21.
& imagines Christi crucifixi, beatæ virginis & sanctorū,
sunt signa sacra rei vel sacramentorum rerum, & tamen non
dicuntur sacramenta, ergo illa nō est bona distinguitio seu
descriptio sacramēti: cum descriptio vel distinguitio debeat
esse conuertibilis cum distinguitio seu descriptio.

3 Item